Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.

Wien, 1794 Seite 3127

Quelle:
Copyright:

Evangeliſtarum περικοπας, Paſſionem D. ſecundum *Johannem*, Horas B. V. M. de Cruce, de S. Spiritu, Pſalmos *de Poenitentia*, quibus *Bethſabeam* modeſtius praemiſſam vellem, cum Litaniis OO. SS. demum Mortuorum Vigilias. In Calendario *Vincentius*, *Remigius*, et *Clemens* auro ſcripti ſunt. Praeter picturas Signorum coeleſtium, et των Γεωργικων cuivis menſi adſcripti ſunt Rhythmi vitam humanam menſium curſui comparantes. Ita *Januario:*

Les ſix premiers ans que lhomme vit au monde
Nous comparons a Januier droitement.
Car en ce mois vertu ne force habondè,
Non plus que quant ſix ans a vng enffant.

In Litaniis adduntur SS. *Martialis*, et quidem Apoſtolis, ut *Cod.* DCCCXC. *Dionyſius*, *Mauritius*, *Eutropius*, *Quintinus*, *Karolus*, *Remigius*, *Eligius*, *Egidius*, *Leobinus*, *Sulpicius*, *Leonardus*, *Genouefa*. *Fol.* 51. haeret aqua ad Iconem Deiparae filium in ulnis geſtantis in nube conſpicuae, ad quam Virgo elegans prae Caſtri cujusdam ſtans foribus Viro grandaevo duobus ſtipantibus junioribus, omnibus togatis, in genua provoluto digitum intendit. de B. V. Maria immixtis Horis de Paſſione Domini et S. Spiritu, Pſalmos dictos de Poenitentia cum Litaniis, in quibus praeter S. *Martialem* varii alii Divi in *Gallia* praecipue culti invocantur, Officium pro Defunctis, denique Orationes idiomate gallico primum ad D. Virginem, dein ad Deum, qui in ſingulis *Beau ſire dieu* adpellatur. Iconibus ſupra dictis, ut melius conſervarentur, praetentae ſunt Lamellae foliares pellucidae puriſſimae e cornu fuſo.

DCCCLXXXVIII.

792 Codex membraneus lat. gall. Sec. XV. Folior. 66. 8. per duas columnas nitide exaratus, et Iconibus XIV. marginibus et literis initiorum eleganter deauratis pictisque conſpicuus *Horarium* eſt, praevio *Calendario*, in quo cum 3. *Julii* S. *Martialis* charactere aureo deſcriptus occurrat, Libellum olim ad *Lemovicenſem* in *Gallia* Dioeceſin pertinuiſſe fit credibile. Continet vero IV. Evangeliorum Initia, Preces et Officium

DCCCLXXXIX.

Codex membraneus lat. gall. 979 Sec. XV. Folior. 238. poſt medium compactoris vitio aliquantum confuſorum, 4. maj. charactere luculento perſcriptus, praeter literas initiorum et margines omnes auro fulgido, coloribusque picturatos, figurisque minoribus ornatos Iconibus XXV. majoribus venuſtiſſimus *Horarium* eſt ſequentia complexum: *Calendarium* gallicum Sanctorum raro obviis nominibus refertum, in quo aurati